

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9408

Auteur(s) : Guillaume de Gorron [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1180-1202]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Gorron donne et confirme à Savigny La Mehellée, une mesure de 21 acres de terre dans la paroisse de la Dorée, la terre de Mézières et 2 places à la Tannière. Les moines l'ayant exempté de la dîme de froment de la Hemenart et de Mortfontaine dans la paroisse de Lévaré, Guillaume de Gorron leur donne toute la tenure de Fulco de Chemino.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 969, n° 385.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LXXXII)

Texte d'après A

Universis fidelibus tam presentibus quam futuris Guillelmus de Gorram salutem. Noverint universi quod ego Guillelmus omnes elemosinas et donationes et concessionem et quietancias et libertates quas dominus et pater meus Egidius de Gorram dedit abbacie Savigneii concessi et confirmavi liberas et omni modis quietas concedente Henrico fratre meo ut monachi ibidem Deo servientes eas ita libere et quiete et integre habeant sicut in cartis patris mei continentur. Preterea dedi eisdem monachis et concessi et confirmavi concedente predicto fratre meo H. La Mehellee cum omnibus pertinenciis suis ad pitanciam quam habere debent singulis annis de albo pane et vino et pisce recenti in medio quadragesime in memoria anime patris mei et matris mee et mei et omnium antecessorum ac successorum meorum. Dedi etiam et concessi eisdem monachis in parrochia de Dorea masuram de Racineio ex integro liberam penitus et quietam in qua continentur XXI acre terre quam eis grantizare (sic) debeo atque defendere, pro hujus mesure donatione abbas et monachi mihi pepigerunt et concesserunt duos statuere cereos qui jugitet ardebunt super majus altare dum missa in conventu celebratur et quatuor in diebus sollempnibus quibus habetur sermo in capitulo si tamen hoc concesserit cisterciensem capitulum, item concessi eisdem monachis terram de Meseriis quam tenere solebant Teobaldus, Marie et Radulfus de Mesgeslin quam terram dedit pater meus monachis ad corporalia et alia altarum ornamenta querenda. Sciendum quod monachi quietaverunt me et heredes meos a solutione decime frumenti redditum meorum de Haia Menart et de Mortuo Fonte qui est in parrochia de Livare quam decimam pater meus eis donaverat et carta sua confirmaverat, pro cujus decime recompensatione ego dedi eis totum tenementum et terram quam tenuit de me Fulco de Chemino cum omnibus pertinenciis suis et herbergiagio et orto omnibus autem hominibus qui hanc terram tenuerint dedi et concessi talem libertatem et quietanciam et communionem per

totam terram meam sicut et meis hominibus. Preterea concessi et confirmavi eisdem monachis duas plateas in Thaoneria plateam videlicet Guillelmi de Quercu et plateam Alberede Labroderie cum libertatibus et quietanciis quas dedit eis pater meus et carta sua confirmavit. Has omnes dationes et concessionem et elemosinas ita libere et quiete concedente Henrico fratre meo prefatis monachis dedi et concessi quod nichil juris vel secularis servicii michi vel heredibus meis retinui ex hoc solummodo divinam retributionem expectans volo igitur atque constituo ut prefati monachi omnes prenomatas elemosinas habeant et teneant et possideant bene et in pace liber et quiete et a]b omni consuetudine et servicio seculari. Quod ut ratum maneat semper et stabile presens scriptum sig[i]lli mei munimine roboravi. Testibus istis, Roberto priore Meduana, Roberto suppriori, Guillelmo de Neth, Ricardo de Spineto, Ricardo Bastart, Hugone de Meduana, Raginaldo de Bosco Berengerii, Radulfo Tornee, Matheo de Forgis, Hugone de Sancto Bertivino et aliis multis.